Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

profectus ille exercitus ita perditus fuit. Alex. uero neque
morbum neque intensum extum ferens: Cum uni-
uersus pari egritudine laboraret exercitus: Et pre-
sertim Illyrici Milites: qui sub humido frigidoque
coelo nati, ac pluribus ex more alimentis allerti,
graui morbo laboraret, iam interiret, Anthiochia
redire constituit: Exercitum qui erat in Media redire
iubet: Qui quidem in reditu maxima ex parte in Monti-
bus peribant: Non pauci prae nimio Prouinciae frigore
extrema amputabant. Quare paucissimi ex eo bello
redierre. Alex. una secum copias in Antiochiam
recepit: multis ex illa parte usque adeo amissis:
Vt hinc maxima exercitui tristitia: et Alexandro ignominia
inferretur: et a mente ac fortuna deceptus esset:
et tres diuisi exercitus partes: maxima ex parte diuersa
calamitate: Morbo: Bello: Frigore iam amisit.
Antiochia. Cum Antiochiae esset, ipse frigoris humidique tempe-
rie: qua ciuitas illa donatur, post aridam
Mesopotamiae siccitatem facile conualuit: Milites
instaurauit: eorumque tristitiam magnifica
Nummorum donatione leuauit. Hoc solum
pharmacum ut Militum beniuolentiam redintegraret,